



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

23. Feria 3. Domin. 2. Epiph. Ordinatur potentia concupiscibilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

quicumque digni: præterea datur gratia implendi, quæ præcipit Christus. Sicut autem vetus lex cærimonialis non obligat nos: quia veniente figurato umbræ disparent, *finis autem legis Christus ad iustitiam omni credenti: Rom 10.* Sic lex Evangelij nos non obligabit in cælo: quia habito fine cessant media. Itaque ut acceleretur regnum Dei, quodcumque mihi Dominus dixerit, alacrius faciam.

MEDITATIO XXIII.

Feria 3. Dom. 2. Epiph.

Ordinatur potentia concupiscibilis.

Avdiam D. IESVM præcepto negativo concupiscenciam coërcentem: *Ego autem dico vobis, qui viderit mulierem, &c. Matth., .* Petam ejus doctrinam assequi.

Conf. 1. Quomodo Dominus concupiscenciam opum, quæ resistit salutis, rescindat: quia cor à cœlestibus aufert, animum à Fide abstrahit, & ad idola convertit: procedit enim à spiritu mammonæ, Diabolo opum. Hic ille lapis est offensionis iudæorum dicentium, Ioan 11. *Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem: a deo repugnat servire Deo, & mammonæ.* Itaque resecanda est inordinata rerum sollicitudo, ejusque causa, quam affert D. Chrylost. Hom. 21. in c. 6. *Matth. Nihil ita ad amorē divitiarum, ut gloriæ cupiditas inflammat.*

Conf.

Conf. 2. Quomodo Dominus concupiscentiam carnis reseceit præcepto negativo, tanquam saluti obstantem: quia origo præcepti negativi est propter auferenda obstacula salutis: amor autem carnis tollit amorem Dei, cui extoro opponitur. Sicut igitur in idololatria sunt vetita omnia idola, aurea, & lignea: In homicidio mutilatio, & percussio: In furto rapina, & sacrilegium, atque usura: sic in luxuria omnis actus externus, & internus est interdictus: quia committitur contra Deum, coram Deo, in templo Dei. *Non licet intueri, quod non licet concupiscere* ait D. Greg. Lib. 21. Moral. c. 2.

Conf. 3. Differentiam in resistendo aliis spiritibus nequam, & spiritui immundo, esse quòd tentatus adversis, si fugiam, obtinet intentum demon: hoc enim voluit, ut difficultate me deterreret: sed in materia carnis, nisi fugam mihi consulo, obtinet intentum demon. Hoc enim voluit blandiendo, ne fugiam, cujus ad blandicias nisi avertor, fateor satisfacere mihi placere. Quare sicut, qui Ecclesiam non audit, rescindendus, & quod scandalizat rescandendum: Sic omnis libidinis vicinitas amputanda exemplo Christi, quem Discipuli mirati sunt vel semel cum Samaritana, etsi in loco patente, solum fuisse collocatum, Ioan. 4. id quod faciam, esto mihi ali-

quid

quid
Nam
xatu
Aug
tione
reput

A

C
quia
ordi
etiam
quar
to fi
prox
caus
blas
hent
ex t

C
The
casu
Par
Era
pre

quid tam charum esset, atque pupilla oculi: Nam quis magis negavit, qui Christum vexatus, an qui delectatus amisit? Memor D. August. Serm. 32. *Qui dat pro modica delectatione illud, pro quo Christus se tradidit, stultum reputat Christum mercatorem.*

MEDITATIO XXIV.

Feria 4. Dom. 2. Epiph.

Ordinatur potentia irascibilis.

Avdiam D. Iesum præcepto negativo iram coërcentem, Petã præceptũ ejus assequi.

Conf. 1. Potentia irascibilis inordinata, quia tollit amorem, qui debetur proximo, ordinatur vetando non solum odium, sed etiam iram triplicẽ, calumniæ, verbi, cordis, quando quis optat puniri proximum indebito fine, repugnante honori Dei, & charitati proximi, quæ ira censetur lethalis, estque causa multorum malorum, imprecationis, blasphemix, odij, cui meritò debetur gehenna, quæ tristitiam significat, ira autem ex tristitia oritur.

Conf. 2. Infelicissimum illum duorum Theologorum Concionatorum Regulariam casum, quem refert Marcellus Honoratus. Parte 2. vit. Chri. cap. 45. è Chronic. S. Franc. Erant sibi offensi, unòque moriente, & deprecatum mittente ad alterum, cum istè nollet,